

UNIVERSITATEA BABEȘ-BOLYAI
FACULTATEA DE LITERE
DEPARTAMENTUL DE LIMBI ȘI LITERATURI ASIATICE, CLASICE ȘI SLAVE

Tematica pentru examenul de licență (iunie 2026, februarie 2027)

I.

1. **Limba latină:** Traducerea următorului fragment și analiza morfo-sintactică a unor cuvinte:

Tunc primum lacrimis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas. Nec regia coniunx
sustinet oranti nec qui regit ima negare,
Eurydicenque vocant. Umbras erat illa recentes
inter et incessit passu de vulnere tardo.
Hanc simul et legem Rhodopeius accipit Orpheus,
ne flectat retro sua lumina, donec Avernas
exierit valles: aut inrita dona futura.
Carpitur acclivis per muta silentia trames,
arduus, obscurus, caligine densus opaca.
Nec procul afuerunt telluris margine summae:
hic, ne deficeret, metuens avidusque videndi
flexit amans oculos; et protinus illa relapsa est,
bracchiaque intendens prendique et prendere certans
nil nisi cedentes infelix arripit auras.

(Ovidius, *Metamorphoses*)

2. **Literatura latină:**

Comedia latină, între carnavalescul plautin și umanismul terențian

II.

1. **Limba latină:** Traducerea următorului fragment și analiza morfo-sintactică a unor cuvinte:

Cicero per legatos cuncta edoctus L. Valerio Flacco et C. Pomptino praetoribus imperat, ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur; cetera, uti facto opus sit, ita agant, permittit. Illi, homines militares, sine tumultu praesidiis conlocatis, sicuti praeceptum erat, occulte pontem obsidunt. Postquam ad id loci legati cum Volturcio venerunt et simul utrimque clamor exortus est, Galli cito cognito consilio sine mora praetoribus se tradunt; Volturcius primo cohortatus ceteros gladio se a multitudine defendit, deinde, ubi a legatis desertus est, multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat, postremo timidus ac vitae diffidens velut hostibus sese praetoribus dedit. (Sallustius, *Bellum Catilinae*)

2. Literatura latină:

Cicero, de la teoria retorică (*De oratore*) la discurs

III.

1. Limba latină: Traducerea următorului fragment și analiza morfo-sintactică a unor cuvinte:

Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos de deditio ad eum miserunt. Qui cum eum in itinere convenissent seque ad pedes proiecissent suppliciterque locuti flentes pacem petissent, atque eos in eo loco quo tum essent suum adventum expectare iussisset, paruerunt. Eo postquam Caesar pervenit, obsides, arma, servos qui ad eos perfugissent, poposcit. Dum ea conquiruntur et conferuntur, nocte intermissa circiter hominum milia sex eius pagi qui Verbigenus appellatur, sive timore perterriti, ne armis traditis supplicio adficerentur, sive spe salutis inducti, quod in tanta multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse existimarent, prima nocte e castris Helvetiorum egressi ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt. (Caesar, *De bello Gallico*)

2. Literatura latină:

Filosofia politică ciceroniană: De Republica VI (*Somnium Scipionis*)

IV.

1. Limba latină: Traducerea următorului fragment și analiza morfo-sintactică a unor cuvinte:

At Phoebi nondum patiens immanis in antro
bacchatur vates, magnum si pectore possit
excussisse deum; tanto magis ille fatigat
os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.
ostia iamque domus patuere ingentia centum
sponte sua vatisque ferunt responsa per auras:
'o tandem magnis pelagi defuncte periculis
(sed terrae graviora manent), in regna Lavini
Dardanidae venient (mitte hanc de pectore curam),
sed non et venisse volent. bella, horrida bella,
et Thybrim multo spumantem sanguine cerno.
non Simois tibi nec Xanthus nec Dorica castra
defuerint; alius Latio iam partus Achilles,
natus et ipse dea; nec Teucris addita Iuno
usquam aberit, cum tu supplex in rebus egenis
quas gentis Italum aut quas non oraveris urbes!'

(Vergilius, *Aeneis*)

2. Literatura latină:

Complexul teologico-politic al Sibyllei Cumane în *Eneida VI* și *Bucolica IV* (Oracula Sibyllina & Libri Sibillini, profetism, doctrina Marelui An Cosmic, intertextualități homerico-vergiliene)

V.

1. **Limba latină:** Traducerea următorului fragment și analiza morfo-sintactică a unor cuvinte:

Etenim iam diu, patres conscripti, in his periculis coniurationis insidiisque versamur, sed nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quodsi ex tanto latrocinio iste unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati, periculum autem residebit et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi cum aestu febrigue iactantur, si aquam gelidam biberunt, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque adflctantur, sic hic morbus, qui est in re publica, relevatus istius poena vehementius reliquis vivis ingravescet. (Cicero, *In Catilinam*)

2. Literatura latină:

Lecturi liviene ale Romei arhaice în *Ab urbe condita I*

VI.

1. **Limba latină:** Traducerea următorului fragment și analiza morfo-sintactică a unor cuvinte:

Quadrimum patrem amisit. Duodecimum annum agens aviam Iuliam defunctam pro contione laudavit. Quadriennio post virili toga sumpta militaribus donis triumpho Caesaris Africano donatus est, quanquam expers belli propter aetatem. Profectum mox avunculum in Hispanias adversus Cn. Pompei liberos vixdum firmus a gravi valitudine per infestas hostibus vias paucissimis comitibus naufragio etiam facto subsecutus, magno opere demeruit, approbata cito etiam morum indole super itineris industriam. Caesare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos et inde Parthos destinante praemissus Apolloniam studiis vacavit. (Suetonius, *Vitae XII Caesarum*)

2. Literatura latină:

Tacitus și noua istoriografie (istorie critică, psihoistorie, roman istoric)

VII.

1. **Limba latină:** Traducerea următorului fragment și analiza morfo-sintactică a unor cuvinte:

Exul, inops, contempta novo Medea marito
dicit: an a regnis tempora nulla vacant?
At tibi Colchorum, memini, regina vacavi,
ars mea cum peteres ut tibi ferret opem.
Tunc quae dispensant mortalia fila sorores
debuerant fusos evoluisse meos.

Tum potui Medea mori bene! Quidquid ab illo
produxi vitam tempore, poena fuit.
Ei mihi! cur umquam iubenalibus acta lacertis
Phrixeam petiit Pelias arbor ovem?
Cur umquam Colchi Magnetida vidimus Argo,
turbaque Phasiacam Graia bibistis aquam?
Cur mihi plus aequo flavi placuere capilli
et decor et linguae gratia ficta tuae?
Aut, semel in nostras quoniam nova puppis harenas
venerat audacis attuleratque viros,
isset anhelatos non praemedicatus in ignes
immemor Aesonides oraque adusta boum;
semina iecisset totidem quot semina et hostes,
ut caderet cultu cultor ab ipse suo!

(Ovidius, *Heroides*)

2. Literatura latină:

Seneca, între antropologia stoică (o operă filosofică, la alegere) și peratologia tragică (o tragedie senecană, la alegere)

VIII.

1. **Limba latină:** Traducerea următorului fragment și analiza morfo-sintactică a unor cuvinte:

Deinde se ex curia domum proripuit. Ibi multa ipse secum volvens, quod neque insidiae consuli procedebant et ab incendio intellegebat urbem vigiliis munitam, optimum factu credens exercitum augere ac, prius quam legiones scriberentur, multa antecapere quae bello usui forent, nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est. Sed Cethego atque Lentulo ceterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirmant, insidias consuli maturent, caedem, incendia aliaque belli facinora parent: sese prope diem cum magno exercitu ad urbem accessurum. Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Marcium Regem mittit cum mandatis huiusce modi. (Sallustius, *Bellum Catilinae*)

2. Literatura latină:

Romanul latin, între Bildungsroman și aventura căutării sinelui (Petronius și Apuleius)

Barem:

4p – limbă

5p – literatură

1p – din oficiu